



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Impius Infelix**

**Texier, Claude**

**Augustae Vindelicorum [u.a.], 1695**

3. Odium Dei consideratur in suo principali effectu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45950](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45950)

omnia nefarie usurpantem sibi, quæ propriis filiis parata reliquisti? Quòd denique, quemcunque in locum aut loci angulum te recondas, te met oculis Divinis exponas velut objectum abominationis, quæ juxta Propheticum loquendi morem Spiritum Dei replet amaritudine? Terminus hic est quidem metaphoricus, reverà tamen rem magnam in Deo nobis exprimit.

Canon. *aud. q. 3.* binæ excommunicationis meminit publicæ sc. & occultæ. Hæc posterior infauusta fors est omnium, qui in statu peccati mortalis degunt. *Deus, qui videt in occulto, prospicit animam vitiis fervientem, tradis eam Sathana, discedit à mente ejus, & relinquit domum cordis ejus vacuum.* Omnes proinde hoc aversionis odio per peccati vinculum obstricti, sunt occultæ excommunicationis nexibus illigati.

Hoc ne seriò pensasti, Charissime frater, quærit ex te D. Hieronymus, quòd eo temporis momento, quo gratià Dei excidisti, quo peccatum lethale incidisti, facto ipso jam incurreris excommunicationem, maledictus in tuo corpore, ac in tua anima, maledictus semper, ubique, *Maledictus ingrediens, maledictus egrediens.*

O Deus cordis mei! ardentè suspirat D. Bernardus, priùs me destrue, potiùs millies me annihilas, velim, quàm ut permittas, me fieri subjectum tui odii, quàm ut comparem Divinæ Majestatis tuæ oculis in tali statu, in quo. *De cænofo lacu prurientis pectoris mei incessanter ebulliant illiciti animi motus inundanter & impingentes in serenitatem præfulgurantis vultus tui,* hæc ille.

III.  
Punctum,

Veniamus modò ad partem tertiam, & dicamus, quisnam sit præcipuus & maxime nocivus effectus istius odii.

Effectus



Effectus iste Divinae aversionis in eo consistit, quod Deus subtrahat peccatoribus suam paternam & singularem providentiam, quam erga justos exercet. Hanc veritatem ut nobis imprimeret Deus, is se apud Prophetam Zachariam comparat Pastori, manibus tenenti duas virgas Zach. II. 7. pro suarum ovium directione, prima est amabilis, altera terribilis. *Assumpsi mihi duas virgas, unam vocari decorem, & alteram funiculum.*

Scio quidem, quod priori virga adumbrari velit Sanctus Cyrillus favores ac gratias novae legis, hanc autem posteriori rigorem antiquae legis. Novi, quod Rabbi Moses suaviorem attribuat sapientibus & fortunatis iis Principibus, qui suaviori moderamine Israëitarum gentem gubernarunt; magis rigidam tyrannis, idola latris, qui servitutis iugo suos oppresserunt subditos.

Cum communiore nihilominus interpreterum sensu iudico, illam speciosam virgā figurari, speciosissimam simulque amabilissimam Dei providentiam, & paternam, quam probis impendit curam; rigorosā verò indicari severam, ejusdem in reprobos vindictam; hanc apprehendit Divinus Pastor, quando videt nos nuntium remittere virtuti, ut vitiorum commercia sectemur, gratiae suae jacturam facere; per quam item nobis innuit, quod non nisi ordinariam erga nos Providentiam gerat, strictum justitiae rigorem observet. *Tuli virgam meam, qua dicebatur decus, & ibidem c. II. 8. abscidi eam, ut irritum facerem fœdus meum.*

In isto statu videmur similes gregi derelicto, cujus curam Pastor ille bonus habitam antecederet peculia-rem non continuat, nec amplius consuetas olim amoris delicias ei subministrat. *Non pascam vos, quod moritur, moriatur, & quod succiditur, succidatur; quaecumque iniqui-*

ibidem v. 9.